Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ubi discumbere solebat exhibuit. Deinde ipsum pilatum
uerbis altioribus petuit dicens. regnum meum non esse de hoc
mundo. regemque senatum. & ad hoc uenisse in hunc mun
dum. ut testimonium phibeat ueritati. Maria quoque
p resurrectionem mystica altitudine uisitans. nolume
tangere inquit. nondum enim ascendi ad patrem meum. discipulis
etiam insufflando dedit spm sem. ne ipse spe qui trini
tati consubstantialis & coeternus est. tantum in patris esse
& non etiam filii spe putaretur. postremo suas oues pet
se amanti. eumque amare ter confitenti comendans. dic
eundem iohem sic se uelle manere donec ueniat. Ubi
etiam michi uidetur alto docuisse mysterio. istam ipsam
iohannis euanglicam dispensationem qua in lucem liquidissi
mam uerbi sublimiter fertur. ubi trinitatis equalitas
& incommutabilitas uideri potest. & quam maxime propin
quat distat a cetis. homo cuius susceptione uerbum caro
factum est pspicue cerni cognosciq; non posse. nisi cum
ipse dnus uenerit. ideo sic manebit donec ueniat. Manet
autem nunc in fide credentium. tunc autem facie ad faciem
contemplandum erit. cum apparuerit uita mea. & nos
cum ipso apparebimus in gloria. Quisquis autem arbitratur ho
minem uitam istam mortalem adhuc agenti posse contin
gere. ut dimisso atque discusso omni nebulo phantasia
rum corporalium atque carnalium serenissima incommu
tabilis ueritatis luce potiatur. & mente penitus a con
suetudine uite huius alienata illi constanter & inde
clinabiliter hereat. nequid queratur. nec quis queratur
intelligit. Credat potius sublimi auctori mini
meque fallaci. quam diu sum in corpore pegnari nos a domino.